

contumelias iacere, quibusdam etiam^a bonorum militum ad mala obsequia promptis, quod haud inuito imperatore ea fieri^b occultus rumor incedebat. Nota hac Germanico,^c sed praeverti ad Armenios instantior cura fuit. Ambigua gens ea antiquitus non modò ingenii, sed situ terrarum, quo nostris prouinciis latè prætentis, penitus ad Medos porrigitur, maximisque imperiis interiecti, & sepius^d discordes sunt, aduersus Romanos odio, & in Parthum inuidia. Regem illa tempestate non habebant, amoto V onone, sed fauor nationis inclinabat in Zenonem Polemonis regis Pontici filium, quod is prima ab infantia instituta & cultum Armeniorum^e æmulatus, venatu, epulis, & quæ alia barbari celebrant, proceres plebemque iuxta deuinixerat. Igitur Germanicus in urbe Artaxata^f adprobantibus nobilibus, circumfusa multitudine,^g insigne regium capiti eius imposuit.^h cæteri venerantes regem, Artaxiam consalutauere, quod illi vocabulum indiderant ex nomine virbis. At Cappadoces in formam prouinciae redacti Q. Veraniū legatum accepere. Et quædam ex regiis tributisⁱ deminuta, quod mitius Romanum imperiu speraretur. Commagenis Q. Seruæus præponitur, tum primum ad ius prætoris translatis. Cunctaque socialia prosperè composita,^j non ideo lætum Germanicum habebant, ob superbiam Pisonis, qui iussus partem

O B S E R V A T I O N E S.

a Minori negotio boni redduntur prauitatem, & promptiores ad mala obsequia, quam mali ad bona, se modo principis mentem habent perspectam.

b Dij boni^k quæ hæc est perueritas mentis humanæ, ut, quæ ratio suadet, lex inbet, princeps velle se palam, & aperte proficeret, hac non iuri neque coacti, sed libertes relinquamus; ac nullo impellente, nisi forte occulto aliquo, ac sepius falso rumore, aut levissima quaue suspitione, ad ea quæ nusquam sunt, nec esse debent, credentes sequenda, amplectendatam proclives sumus?

c Priuata iniuria non tam nobis debent esse cure, ut propter eas curam reip. nobis mandata omittamus: quam certè rebus omnibus præuerit & quum est.

d Fere sic, ut prouinciae maximis interiectis discordes sint; exteris vero, eò, scilicet, feroce, quod nulli parent, aut oderint, aut ijs inuident.

e Difficile dictu est, quantum gratia, & benevolentie concilient sibi principes viri apud eas nationes, quarum instituta, & cultum studiose, diligenterque emulanterunt.

f Reges plerunque creantur consensu, & adprobatione nobilium.

g Insigne regium capiti regis non nisi ab eo importundetur, cuius est dñe regnum, aut regi creato suam auctoritatem accommodare, aut certe ab eo, cui id munera ab univerfa Repub. datum est.

h Is qui rex designatus est, non prius appellatione regis honestatur, quam ab eo, cui id iuris est, insigne regium capiti eius impositum est, id simulaque præstitum est, circumfusa multitudo regem veneratur, eumque proprio nomine consulunt, que consulutatio ad illud refertur, quod multitudino hodierno die uno ore clamamat: Vivat N. Rex noster.

i Non est nouum, ut magnis viris, ac precipue regibus nomina indantur urbium.

k Recens ad ipsius principatum, ut planè extinguat desiderium superioris principis, quo plerunque homines, et si malus fuit, afficiuntur, aliquid ex tributis diminuat, nihilque eorum prætermittat, ex quibus nouum imperium mitius prævari posset.

l Multa prospéra minime delent dolorē hystum ex una aliqua re, in qua grauiter offendimur: nempe, acrius afficiuntur dolore, quam letitia, aut voluptate.

legi-